






2/10/11  
~~914~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-61.

SIGNAT. c1510CCCCXIII.





I  
M  
D  
SS  
D





244

MAGNIFICO. EXCELLENTIS  
SIMOQVE  
CAROLO. ANDREAE. BELIO

POESEOS PROF. PVBL  
PVRPVRAM. ACADEMICAM

A. D. XVI OCTOBR. C1818


DEPONENTI  
ROMANVS TELLER

PAST. ARCAD




In Aetha ecclesiastica

Bibliotheca  
civium  
memoriae C.  
Belius.



ALBERTUS BRUNNEN  
 GREGOR. ANDREAS ELLIO  
 SYLVIA ACADEMICA  
 ROMANVS TITVS



I  
 C  
 V  
 A  
 H





Nunc mihi percussis resonent pia carmina neruis!  
Concelebrent festum pectora nostra diem!

Non ego, si centum compeſcant membra catenaë,

Officii partes deſeruiſſe velim.

Carmina poſcuntur BELII memorantia nomen,

Quem mea deuoto pectore Muſa colit.

Vnde datas habeam tanta in praeconia vires?

Obruit ingenium ſarcina dura meum.

Anne loquar, docti ſacundo vt Praeſulis ore

Carminis Aonii dulcia mella fluant?

Huius et in facili rediuiuus pectore Naſo

Deliciis paſcit pectora docta nouis.

Et Marſo diuinus, Flaccaequē potentia Muſae  
Attoniti noſtri grandis ab ore ſonat.

Carminis Italici BELIVS miracula monſtrans,  
Ingenii, Latium, promit operta tui.

Ille etiam, fati pandens monumenta vetuſti,  
Vt viuant nobis ſaecula priſca, facit;

Iudicioque acri diſtantia tempora menſus,  
Adſignat ſpatiis grandia facta ſuis.

Huic igitur meritos doctae virtutis honores  
Iam tribuit ſtudiis Lipſia laeta piis.

Ille tuos inter reſidens, Academia, Patres  
Additus eſt Muſis duxque decusque tuis.

Ad maiora vocor: TIBI ſe Philyrea regendam  
Tradidit, et curae ſumma tuenda venit.

Iamque TIBI illuſtres praefert Academia faſces  
Rectorem et Muſis praeficit alma ſuis.



Arguitur magno fulgens discrimine virtus ;  
Panditur et meritis area laxa tuis.  
Omnia terrifico rapiens Bellona furore,  
Praecipuo Musas faeva timore fugat.  
Heu! male conueniens rabido cum Marte Minerua  
Obsessis comites auocat aegra locis.  
Executiunt manibus libros et carmina doctis,  
Omniaque infesto turbine tela ferunt.  
Ecce velut pugnam dubio sub Marte labantem  
Sustinet intrepidi prouida cura ducis:  
Agminis vtque sui fugientia terga retentans  
In bellum atque animis vertit in arma nouis;  
Sic BELIVS, torui per tristia praelia Martis  
Pierides retinet, Philyri moesta, tuas.  
Vindicat auxilio prudens tua iura fideli,  
Arcet et a Musis vimque metumque suis.

Virtutisque suae, studia vt tranquilla colantur,

Prouidus ex ipso praemia Marte refert.

Meta TIBI fenos mensum reuoluta per orbes,

Ponitur officiis accelerata sacris.

Vtque diu meritum magni Reſtoris honorem

Imposuit gaudens Philyris alma TIBI:

Sic TE felici, bene gesta in munera; plausu

Prosequitur, lacrimas nec tamen aegra tenet.

Exagitant animos mixto pia gaudia luctu;

TE sua gestirent scepra tenere diu.

Heu! TIBI discedit felix, Academia, Praesul!

Heu! TVA quam volucris gaudia pluma tulit!

Ille quidem, angustum frustra conclusus in orbem,

Laudibus impleuit tempora longa suis.

Nec feros virtus serpens numeranda per annos,

Asequitur spatio praemia summa breui.



Nam fuit hic status rerum, Philyrea, tuarum,

Qui cumulet fummis pondera dura viris.

Quaeque alius nunquam per longos viderat annos,

Exiguo BELIVS tempore cuncta tulit.

Vera cano: tanto trepidum semestre tumultu

Aequabat curis saecula multa suis.

Quid? TIBI quod primos commisit Lipsia fascēs,

Primaque Rectoris iam TIBI palma venit?

Ergo immensa licet de TE sperare; nec vnquam

Virtutes vincent vlla pericla TVAS.

Nunc igitur meritam curis cape, Magne, quietem,

Inque novas laudes nunc recreandus abi.

TE pia prosequitur cupido Philyrea fauore,

Commendat Musas et TIBI moesta suas.

Vtque sibi placidum serues, rogat <sup>Alma, fax</sup> Mater, ~~amorem~~

Cuius adhuc felix pignora tanta tulit.

Quaeque sibi dederis fausto moderamine Praefes,  
Coniliis praestes tempus in omne T V I S.

Vt, cum compositis ridebunt otia rebus,  
T V quoque tranquilla praemia pace feras.

Quaeque ex infestis seruasti munera telis,  
Virtuti redeant tum quoque tuta T V A E.

Haec ego deuoto penitus T I B I peccore reddens,  
Sacraui officio vilia dona pio.

Quaeque T I B I meritis debebam plurima summis  
Inualida timidus mente repensa fero.

Haec T V si capies hilari, Celeberrime, vultu,  
Florebunt studiis prospera cuncta meis.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LOEPERIA



Umg. VI-61

ULB Halle  
004 113 25X

3



Sb

Stk 19 fehlt  
35- fehlt  
3 fehlt


W018

Umg. VI 61









244  
MAGNIFICO. EXCELLENTIS  
SIMOQUE  
CAROLO. ANDREAE. BELIO

POESEOS PROF. PVBL  
PVRPVRAM. ACADEMICAM

A. D. XVI OCTOBR. C1818CCLVIII

DEPONENTI  
ROMANVS TELLER

PAST. ARCAD



La Abate encaustifina

Bibliotheca  
civium  
memoriae C.  
Belius.